

Quarta pars argumenti.

est  
Quod si intellecta sit systematica quam quaerimus analogia,  
remanet ut iudicetur utrum ita sit. Quaestioni enim quid sit,  
succedit quaestio an sit.

Et in primis notandum est hanc analogiam non esse demonstrantam.  
Certo quidem ex dogmatibus concluditur divinam processionem esse  
per modum operati. Certo etiam concluditur emanationem intelligibilem  
et divinam esse per modum operati. Quam tamen simul non demonstrationem  
efficiunt sed tantummodo cohaerentem quamdam hypothesin: exigeret  
enim demonstratio ut concluderetur, non processio per modum operati  
ex emanatione intelligibili et divina, sed emanatio intelligibilis et  
divina ex processione per modum operati

Quod enim in homine stricte spirituale est sed tamen inconscium, non actus est sed vel potentia vel habitus. Quae in homine fit processio stricte spiritualis sed inconscia, origo est non actus ex actu sed actus ex potentia vel habitu. Ubi autem spiritualiter et conscie ex actu conscio oritur actus conscius, ideo oritur quia prior actus exhibet motivum propter quod et secundum quod oriatur posterior. Qui procedendi modus intra conscientiam intellectualem et vi ipsius conscientiae intellectualis totam facit autonomiam humanam, sive in definiendo propter et secundum perspectam in phantasmate quidditatem, sive in iudicando propter et secundum perspectam evidentiam sufficientem, sive in volendo propter et secundum iudicium practicum.

~~Ipsa analogia. Eo ergo pervenimus quo duae investigationes in unam convergant conclusionem~~

Tertia pars argumenti.

Eo ergo pervenimus quo in unam convergant conclusionem prima et altera argumenti partes. Nam in prima parte conclusimus ~~etiam~~ processionem divinam esse per modum operati, ut scilicet oriatur actus ad intra ex principio intrinseco, et ut actus principians actusque principiatus non distinguantur nisi secundum esse relativum. In altera <sup>a</sup> autem parte conclusimus nos eatenus aliquam intelligentiam ~~ad~~ divinae processionis attingere posse quatenus eam cogitemus ~~per modum emanationis intelligibilis. Nunc ergo non manet nisi ut intelligamus, id quod ordinate fit quatenus quaestiones ponimus eisque respondemus.~~

~~Ad intra. Processionem divinam diximus esse ad intra. Queritur ergo intra quid. Responderi potest vel intra Deum, vel intra intellectum divinum, vel intra voluntatem divinam, vel intra conscientiam divinam.~~

Unde et alii dicunt divinam processionem esse intra Deum: hoc enim verissimum et certissimum ~~est~~ esse <sup>1</sup> sciunt, neque mysterii intelligentiam esse quaerendam ducunt. Alii autem cum aliquam mysterii intelligentiam quaerant sed ita analogia psychologica utantur ut conscientiam praetermittant, respondent duas esse divinas processiones reales quarum alia est intra intellectum et alia intra voluntatem. Qui vero divinam processionem per modum emanationis intelligibilis concipit, necessario respondet eam fieri intra conscientiam divinam.

Ex principio intrinseco. Deinde, cum processio ad intra necessario sit ex principio intrinseco, quaerendum est quale sit principium Deo intrinsecum. Respondent ergo qui conscientiam praetermittant, processionem intra intellectum esse vel ex intellectu, vel ex intellectu specie informato, vel ex intellectu actu intelligente, processionem autem intra voluntatem esse vel ex voluntate vel ex actu amoris in voluntate elicitio. Qui autem divinam processionem per modum emanationis intelligibilis concipiunt, respondent principium intrinsecum esse actum divinum realem, naturalem, conscium, intellectualem qui ideo est principians quia notum facit motivum propter quod et ~~namque~~ secundum quod oriatur actus principiatu<sup>s</sup>.

Processio. Tertio quaeri potest qualis sit ipsa divina processio. Quam quaestionem praetermittunt qui ad conscientiam non attendant: abunde enim dicunt unde sit divina processio et quo tendat, neque plus dici posse suspicantur. Qui vero divinam processionem per modum emanationis intelligibilis concipit, ex ipsa sua conscientia imperfectam quamdam atque analogicam haurit intelligentiam ipsius divinae processionis. Proceditur enim <sup>intra conscientiam</sup> vi ipsius conscientiae; ~~Intellectualis~~ proceditur quia cognoscitur motivum cur procedatur<sup>s</sup>. Sicut enim in nobis vi ~~conscientiae~~ consciae exigentiae honestatis oritur actus in voluntate ex iudicio practico, vel vi consciae ~~exist~~ exigentiae rationalitatis oritur iudicium verum ex actu quo

perspicitur evidentiam sufficere, vel vi consciae exigentiae claritatis oritur definitio ex actu quo in <sup>h</sup>phantasmate perspicitur intelligibile, ita simili quodam modo sed in infinitum perfectiori concipitur ipsa divina processio.

Secundum esse absolutum. Divinam processionem conclusimus eiusmodi esse ut actus principians et actus principiatus non distinguantur secundum esse absolutum. Quod omnino sequitur ~~antaxam~~ ex eo quod processio est intra ipsam divinam conscientiam. Quod enim vere et realiter procedit intra divinam conscientiam, illud aut nihil est, aut finitum, aut ~~finitum~~ infinitum. Sed si nihil esset, nulla esset processio. Si finitum esset, non ad intra esset sed ad extra, cum omne finitum etiam ~~est~~ sit creatum, et omne creatum est prorsus aliud a Deo. Remanet ergo ut id quod procedit, sicut id ex quo procedit, sit actus infinitus; et cum unus tantummodo esse possit actus infinitus, sequitur actum principiantem et actum proc principiatus secundum ~~x~~ esse <sup>um</sup> absolutum non distingui.

In intellectualibus denique ipsae leges transcendentales naturae  
conscio sed  
intellectuali indixtae modo spontaneo operantur, scilicet, ut admiremur  
et inquiremus, ut de inventis dubitemus, ut quid agendum sit et utrum  
sic agendum sit deliberemus

Quod enim in homine modo inconscio oritur, vel actus non est vel spirituale non est. Quod in homine conscie quidem oritur sed modo spontaneo,

SECTIO TERTIA

De quaestione seu problemate.

Postquam de fine egimus et de actu quo finis attingitur, non nulla dici oportet de actu quo finis ante intenditur quam attingatur. ~~Quidam quidem~~ Quae quidem anticipatio, ubi exprimitur, quaestio seu problema nominatur et multipliciter dividitur.

Et intrinsecam quandam divisionem iam notavimus quae distinguit problemata intelligentiae et problemata facti: illa quaerunt quid sit vel cur ita sit; haec quaerunt an sit vel utrum ita sit.

Et intrinseca quaedam est divisio secundum primam alteramque <sup>alia</sup> intellectus operationem, ut altera sint problemata intelligentiae et alia problemata facti; quae ulterius dividuntur pro diversitate finis in descriptiva, explicativa, practica, et existentialia

primum tum connexa et consequentia problemata. At solutiones imperfectae eo ipso gignunt nova problemata, quae ordinanda sunt per sapientiam non sapientium sed male intelligentium, quae solvenda sunt per intelligentiam eorum quorum mala intelligentia erat novorum problematum fons atque origo. Novum ergo oritur systema, veri systematis simulacrum, cuius ordo parum sapientibus placet, cuius principium superficialiter intelligentibus sufficit, x cuius scientia confusionis et obscuritatis quasi palus quaedam est.

Penitur reicitur systema duplici de causa. Alii enim nisi simulacrum systematis numquam cognoverunt; quod cum certo sciant non bonum esse sed malum, omne systema aberrationem esse iudicant. Alii autem profundiori quadam ignorantia laborant: nam "intelligere" quid significet non capiunt; et ideo ubi de problemate intelligentiae agitur, nisi de problemate veri vel facti cogitare non valent. Quare, ubi systematica quaedam intelligentia rei divinae attingitur, hanc non intelligentiam esse reputant sed novam doctrinam philosophicis dogmatibus innixam. Ubi sententiae sanctorum systematice intelliguntur, easdem sententias non intelligi sed reici autumant.<sup>8</sup> Quo vero tendit haec systematis relectio

Systemate autem penitur<sup>s</sup> relecto, penitus paritur reicitur problema intelligentiae. Aut ergo reditur ad problema cohaerentiae, ut subtilitate logica de absolute necessariis et de absolute possibilibus disputetur; quod saeculo decimo quarto factum est. Aut ad problema facti acceditur hac tamen lege ut opus munusque intelligentiae praetermittatur.

Sed cum sacrosancta Romana ecclesia tantis laudibus S. Thomam  
efferre soleat, iure meritoque dubitatur utrum illa <sup>d</sup>subitabilia  
sint alia quam problemata cohaerentiae et intelligentiae, utrum  
sanctorum sententiae re vera sint relectae, utrum aliud factum sit  
quam ex sententiis tum aliorum sanctorum tum etiam S. Augustini  
incipere et ad systematicam earundem intelligentiam pervenire